e-codices

dn̄s pios de temptatione eripere. iniquos
uero in die iudicii cruciandos reseruare. Iniquos
dicit in die iudicii reseruandos cruciare. non
quia nec etiam ante diem iudicii soluti corpore
poenas luant pro meritis. sed quia grauiora eos in
iudicio tormenta exspectant. quando et in
corpore recepto quam nunc animae sola crucia
buntur. Magis autem eos qui post carnem in concupiscen
tia inmunditiae ambulant. fornicatores dicit.
qui pro reatu fede corruptionis. maiora in iudi
cio quam generales iniqui tormenta patientur.
Dominationemque contemnunt. audaces. sibi pla
centes. Superbos dicit et arrogantes. quia et ipsi
grauiora generalibus sint supplicia luituri.
Sectas non metuunt facere blasphemantes.
Hereticos dicit. qui blasphemantes fidem. tutam

Lizenz: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 262, p. 173 – Beda in epistolas canonicas (http://www.e-codices.ch/de/csg/0262/173)